BETHSABEA

MELODRAMMA

Decantandum in Sacello

SANCTISSIMI

CRVCIFIXI

Feria VI. poſt Dominicam Paſſionis.

Muſicis adaptatum Modulis

A DOMINICO LAVRELLI NEAPOLITANO

ILLVSTRISSIMÆ D. MARCHIONISSÆ

HIERONYMÆ BICHI RVSPVLI

Aulico.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



ROMÆ, Typis Ioannis Franciſci Buagni. MDCCII.

Superiorum permiſſu.

ARGOMENTO.

Dauide s'innamora di Berſabea, l'ottiene, per ricoprire il ſuo errore fà vccidere Vrìa Spoſo della medema. Di queſti delitti n'è rimprouerato dal Cielo, ſi pente, e ne riceue il Perdono, e Berſabea per Iſpoſa. Ex lib.2.cap.11.&12.

LOQVVNTVR.

BETHSABEA.
DAVID:
VRIA.
CONSILIARIVS Regis.
VMBRA Vrìæ.

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Dauid.

Dau. EXtra Regales Sedes
Sedes potius curarum
Inter Otia Siluarum
Pacem quærens huc veni,
Pacem, quam inter vos Nemora amiſi.
Hic eſt, hic ille Locus
Locus Amoris mei, Locus Doloris,
Quo vidi Bethſabeam
Hic Oculis, illius
Iecit Amor ſaggittas, & Comarum
Inter Laqueos auratos
Senſit Libertas mea Vincla, & Catenas.
Ah fuge, Siluas Dauid
Grauis Ærumnæ meæ memores Siluas:
Sed fruſtra, melius fuge
Fuge Dauid Dauidem,
Hærent Lateri Amores,
Et quo geris Cor tuum, geris Dolores.
Velut Cerua percuſſa Sagitta
Fugit, volat, & Fugam volantem
Comitatur Arundo lætalis
Inter Siluas, nequidquam ſecura
Gemit lambens cruorem fumantem
Quamuis longe ſit Dextra fatalis. Velut &c.
Sed heu quid tamen iuuat
Lætus Nemoris horror, & ſuauis
Animus Culpa grauis
Fugit oculos Mundi, & proprios fugit
Redit Culpa in Auctorem
Verſa in lætitiam priùs, mox in Dolorem,
Philomela
Tua Quærela
Corda iubes ſuſpirare
Tantum lætus
Tuus eſt Fletus
Quantum triſte meum plorare.
Philomela &c.

Conſ. Quænam funeſtat, Princeps, Regales Genas
Nubes atra doloris, & iniuſtus
Occupat Vultum Pallor.
Dau. Frons eſt ſpeculum Cordis
Prodit Colore ſuo proprios Affectus
Quidquid occulit Pectus
Fruſtra quæris à me: Cauſam Tormenti
Lege in Vultu dolenti.
Conſ. Inter mæſti Palloris
Cineres lego tui Flammas Amoris.
In tuo Vultu cerno Amorem
Bellatorem
Lauris cinctum recubare.
Enſe, & oculis pugnando
Triumphando
Cogit Pacem fulminare. In tuo &c.
Dau. Ah! Pudet Bethſabeam....
Conſ. Ante pudeat regnare,
Quam pæniteat amare.
Dau. Vniuſque pudet
Scelera coronata in alto manent;
Et timent Reges Populi Cenſuram ſui.
Conſ. Quodcumque placuit facere, Regnantem decet;
Vile, & ignarum Vulgus
Timeat recto aberrare. *Dau.* Et Reges timent.
Conſ. Alia ſunt Vulgi Crimina, & alia Regum
Alias, Principis Leges,
Alium modum peccandi habent qui regnant.
Dau. Quia dominatur Dauid
poteſt auferre ſuo Sponſam Marito?
Conſ. Amor Crimen non eſt ſi crimen erit.
Erit Crimen Amoris;
Auctoritas peccantis
Reddit nobile Nefas
Error Purpura indutus
Sæpe Virtus vocatur
Et quod dedecet Nos in Rege amatur.
Dau. Quid Vulgus dicet? *Conſ.* Vulgus
Facta Principis ſui debet laudare,
Vel cogitur tacere.

Dau.

Dau. Numquid tacebit Aula ?
*Conſ.*Damnare nequit Aulicus quod ſequi cupit,
Dau. Quid de me dicet Orbis ?
*Conſ.*Plaudet potenti. *Dau.* Cœlum ?
*Conſ.*Audaces iuuat, pauidos, & viles premit.
*Dau.*Numen ? *Conſ.* Quod Vulgo erranti
Donare nefas eſt, donat Regnanti.
Potentiam Tonantis
Terreni Regnantis
Potentia colorat
Cuncta poteſt qui Sidera æternat;
Cuncta quoque dum Terras gubernat
Licent illi,quem Purpura honorat. Potentiam &c.

Bethſabea.

Beth. Infęlix Bethſabea,
Vidua ſimul, & Sponſa
Quando deſinam flere:
Sperant Lumina mea ſperant videre
Coniugem triumphantem;
Sed heu quod vana Spes ludit Amantem.
Me derides, & delectas
Tu me decipis, & places
Spes amabilis,& cara
Quibus allicis blandtijs
Quamuis ſint blande mendaces
Pœna flectitur amara Me derides &c.
Sed qualem Bethſabea
Qualem Coniugem quęris.
Forſan, quem prodidiſti ?
Recede à Vultu Pudor
Pudor intempeſtiuus tunc debebas
Ante Crimina mea Pudor Venire
Et tu Mulier infida
Loco Coniugis tui Mortem require.
Veni Veni Mors amabilis
Mors obtabilis
Vbi es ?
Tege tuos inter Pallores
Meos Rubores,
Et deluſas Viri Spes Veni &c.

Sed fugiant Mortis meæ Pęnæ ſeueræ
Satis erit ad fata Vriam videre

Vria , Bethſabea .

Vr. Bethſabea fida Sponſa
*Beth.*Vria ! Languet Cor meum
Heu quod morior Vria .
Vr. Ego te mihi rapio
Innocens Ego ſum tuæ Mortis Auctor :
Quis error tamen meus ,
Niſi nimis amando Amor ſit reus ?
Vria , miſer Vria
Pluſquam Hoſtibus tuis Sponſæ funeſtus
Pluſquam Diſceſſu tuo Reditu infeſtus.
Me videndo ſi mori deberes ,
Me nunquam Videres ,
O Coniux amata
Inuenire Cor putans Amores ,
Et ad te ferre credens Ardores ,
Et inuenit , & tulit tua fata . Me videndo &c.
Graues attolle Vultus
Agnoſce Sponſi Vocem
*Beth.*Me quis ad vitam reuocat ? *Vr.*Vria , & Amor .
*Beth.*Me reuocant ad Fata Amor , Vria .
Vr. Te Coniux terret tuus ?
*Beth.*Heu quod diligo plus cogor timere ,
Et quando Te priuatur
Viuere Cordi meo , nec mori datur .
Viuere longè à Te
Eſt ſine Morte Mors
Vita abſque Vita .
Amor deludit me ,
Et cruciat ſæua ſors
Pæna infinita . Viuere &c.

Dauid , Vria , Bethſabea .

*Dau.*Quis Lachrymarum Imber
Oculos turbat tuos , ò Bethſabea ?
*Beth.*Interroga tuum Cor quid Amor poſſit ,
Longa preſſum Mæſtitia
Animum improuiſa obruit Lætitia .

Dau.

*Dau.*Habet Dolorem ſuum magna Voluptas.
Vr. Tuo accitus Imperio
Inopinus huc veni.
Dau. Vria, quid agunt Duces?
Quid Iſraelis Gloria?
Vr. Super Vexilla tua dormit Victoria.
*Dau.*Rabba. *Vr.* Cras Rabba infelix
Cernet vna cum Sole Ærumnas ſuas.
*Dau.*Sic ſpondet Virtus tua, ſic Dauid ſperat.
Vr. Per hunc Clamydis Tuæ Regium Honorem
Promitto, ò Rex Vriam
Iterum non videbis
Niſi cernas extinctum, vel Victorem.
Huius Dextræ formidabilis
Ridet ſubdita Victoria;
Nemus colligam Palmarum,
Et Prædarum
Dicet Numerum vix Gloria. Huius &c.
*Dau.*Miles inuicte tuis
Succede Tectis, petit
Longus Labor Quietem,
Fortior ſurges ad Bella, & magis Hoſti
Fies poſt Pacem timendus,
Poſt Quietem horrendus.
Diſce à Vultu Sponſæ caræ
Vulnerare,
Artem diſce triumphandi.
Hæ Pupillæ bellatrices
Tui Victrices
Docent Modum fulminandi. Diſce &c.
Vr. Pacem iubes Vriæ, iubes Quietem?
Arca Fœderis Dei,
Et Duces Iſraelis
Armati breues capiunt in Clypeo Somnos:
Inter Mortis Horrores:
Ego tantum inermis
Sinu Coniugis meę foueam Amores?
*Beth.*Tu me fugis, Crudelis
Sic me ſolam relinques?
Audi Gemitus meos, audi ſuſpiria;
Factus eloquens Fletus
Lingua melior perorat,

Et

Et à Tè Cordis ſui Partem implorat.

Vr. Habes in Rege Patrem
Differ in aliud Tempus
Has Lachrymas amantes;
Me reuocant ad Caſtra
Equites, Arma, Rex, Tubæ Sonantes.

Betb. Plus mouet Pectus tuum, Coniux ingrate,
Raucus Fragor Tubarum,
Quam Murmur Lachrymarum?
Vade, pugna: Ah melius dicam
Veni, redi, ſponſe ad me;
Eſt plus æquo tua Dextera fortis
Minus Hoſti, quam mihi timenda,
Magis Hoſtibus eſſet horrenda
Nimia Virtus ni foret in Te.
Vade &c.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

Vria.

Vr. Hi ſunt inuicti Heroes
Hi ſunt hoſtiles Muri
Non voco ad Bella Vos, ſed ad Triumphos.
En veſtros Enſes Victor præcurrit Deus
Qua premit Aſtra Fulmen contorquens Manu
Et quid reſtat Timori? Ite, pugnate,
Et ſpe iam triumphate.
Triumphate magnanimi, fores,
Ad Cædes ad Mortes,
Ad Palmas Volate.
Habet quiſquis in Vultu Victoriam,
In Dextera Gloriam
Iam Hoſtes domate. Triumphate &c.
Iamque aereum per Iter
Pectus pro Muris gerens
Hoſtis Muros aſcendo. Et Vos timetis?
Solus ferar ad Arma, & ſolus ero
Par bello belloſatis.
Moriar, ſed non inultus,
Mors vna Mortes exiget centum mihi;
Et cum Dextræ Vigorem
Hauſerit Mors Vicina,
Quæram vltimum vſque inter Furorem
Mea quem premat Ruina.
Sperno Fata, Virtuti feroci
Vltra Mortem non licet ſperare:
Cinis etiam in Hoſtes furentes
Ducens Vmbras Sepulcris hærentes
Non deſiſtam ab Vrna pugnare.
Sperno Fata; Virtuti feroci
Vltra Mort ....
Morior Enſis fatalis.
Pectore fixus heu Vitam recidit
Ferrea Nox vrget Lumina, & Vitalis
Deſerit Membra Calor.
Sponſa, Dauid, Amici.
Suſtinete cadentem.
Vbi es Bethſabe.....

Dauid.

Digitized by Google

A poſſet Dauidis.
Decipere Affectus
Ingrata mea Spes;
Et Cor ignorare,
Et Tibi narrare
Quod Dauid non es. Ah poſſet &c.

Dauid, Conſiliarius.

Conſ. Reſpira, ò Rex, vt imperaſti iacet
Hoſtis Amoris tui, Miſer Vria;
Sed fœlix Morte ſua
Quod te reddit fœlicem.
Dau. Ah melius voca Me, voca infęlicem.
Conſ. Poſt extinctum Vriam:
Te nouus angit Timor.
Dau. Reſtat nobis timenda
Poſt Vriam Bethſabea
An mulier generoſa
Stringet Dextram amantem
Adhuc Coniugis ſui Cæde fumantem?
Conſ. Nullus Iacturæ Locus:
Si Sponſum rapuiſti
Illi reddis in Te quod abſtuliſti.
Dau. Quonam placabo Munere vltricis Iras
Viduæ furentis. *Conſ.* Opibus, Regno, Amore
Dau. Irata Mulier facile Scelus parat;
Proprio doceor Exemplo
Eſſe Irritamen Scelerum Regna, & Opes.
Conſ. Bethſabea iam propinguat
Tege Cordis Merores
Solum decent Regnantem
Vel Cædes, vel Amores.

Dauid, Bethſabea, Conſiliarius.

Beth. Amor Delicias
Affert Vulneribus
Ipſis à Lachrymis
Ducit Ardores.

Roſis

Roſis , & Floribus
Abſcondens Spicula.
Reddit amabiles
Etiam Dolores. Amor &c.

*Dau.*Quidnam volutas Animo ? *Beth.*Errorem meum.
*Dau.*Communem potiùs Culpam, & ſcelus voca
Hoc tamen Scelus fuit:
Noua nunc Luce indutum, & Solio ſedens
Virtus euadit: Accipe Sponſa Regnum,
Regiſque Dextram. *Beth.*Coniux dum viuit meus?
*Conſ.*Inter Cædes hoſtiles
Palmis onuſtus, ſuis Satur Triumphis
Mortem exterruit cadens.
Beth. Perijt ? *Conſ.*Virtuti Vitam, & Gloriæ dedit.
*Beth.*Rapuitque mihi: Nocuit tua Virtus Tibi;
Infœlix Coniux: Huius Victoria Belli
Dum periret Vria non erat tanti
Iſraelis Regnanti
*Dau.*Iuſtus quamquam ſit fletus
Veteris Sponſi Gloriam
Noui defleт Victoriam.
Dum ploratis Pupille nitentes
Stupet Veſtros Aurora Dolores
Vt ab Aſtris, ab Ore cadentes
Bibunt Apes, & Conchæ liquores. Dum &c.
*Beth.*Ah nimium rudis lachrymis incipiens Dolor;
Verus Dolor non eſt, qui poteſt flere.

Vmbra Vria, Dauid, Bethſabea, Conſiliarius.

*Vmb.Vr.*Vanum eſt nunc dolere
Viri fœmina tui Mortem iniuſtam
Ambo potius lenite Iram Tonantis
Iamque imminentia Fronti
Triſulca Tela prompti ſuſpendant Fletus.
*Dau.*Quæ Vox infanſto percutit Aures ſono?
*Vmb.Vr.*Vria; Mandatis ſæuè peremptus tuis
*Beth.*Dauidis Iuſſu extinctus?
Et ipſa fieri cogor
Sceleris pretium ſui?
Lachrymæ, Dolor, Fletus,
Ira potius, & furor

Feri-

Ferite, Vulnerate .
Vriam tantum in me nunc vindicate .
Vnum Telum ,
Mitte in me Cœlum ;
Vt pleɑatur duplex Reus .
Mihi Vitam dum recidis
Morte mea Crimen Dauidis
Vindicatur ;
Et placatur
Morte eadem Sponſus meus : Vnum &c.

Dau. Miſer dum Paſtor fui
Dum colui Rura , & Siluas
Innocens Vixi , poſtquam ingreſſus Aulam
Cœpi in Iſrael regnare ,
Cœpi ſimul ſæuire , & imperare :
Ardens Telum Vindictæ furentis
In me cadens non ceſſet ferire
Et exemplo Dauidis nocentis
Diſcant Aſtra Dauidem punire . Ardens &c.

Vmb. Vr. Fœlix Dauidis Error
Factus Lachrymis tuis Error decorus
Docuiſti peccare ,
Doces etiam plorare
Vt eſt Animi Mors Culpa , & Peccatum
Sic Mors Peccati Fletus ,
Et placet vel Tonanti
Pondus Virtutis habens
Culpa Gemitu Ornata
Inſons fit plorans Reus
Iam Tibi parcit Deus .
Hic tamen Pænas luat
Perfidus , infidelis ,
Qui prius peremit me Conſilijs ſuis
Quam Tu Iuſſibus tuis

Conſ. Heu iam rapior Pænarum Tumultu
Flammarum inſultu
Ad Tartara expellor .
Pluſquam Dextera Vriæ fulminantis
Vi culpæ inſultantis
Ad extremum Supplicium Impellor . Heu &c.

Beth. Si nobis tandem mitis ignoſcit Deus
Pone Modum Querelis

Ceſ.